Nativitatis Christi Domini proxime ventura in summa Septuaginta flor. pecun. mon. et num. polonic. obligavit et invadiavit. Ac in defectu promtae exemptionis extunc ad aliud simile festum Nativitatis Christi proximum, et sic de Anno in Annum. Annis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem et summae eiusdem plenariam persolutionem sine cursu terminorum. Quamque exemptionem coram offo. praesenti idem Glowa praedicto Iwan Laszlawski in bona supra reemptione refensita dat et dedit realem intromissionem ac Actualem et pacificam possessionem. per Ministerialem terrarum quemcunque iam ab offo. praesenti ad id addit. Debebitque ipse Nobilis Stanislaus Glowa cum successoribus suis quos serio sup. bonis suis omnibus inscribit et obligat eundem Laszlawski et successores eius in bonis praedictis ubique et occone eorundem ab omni quavis impetitione Juridica et extra iuridica quarumvis personarum sexus utriusque existentium, Cum ab ipsis inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus dotum et dotalitiorum facere et faciendum Nec non ab omni processu iudicio sup. bonis eisdem pervenient et provenient tons quoties necessarium fuerit ipsi Laszlawski et successoribus eius tueri defendere et liberare, bonaque eadem semper usque ad exemptionem et solutionem summae praetactae munda et libera facere, Neque potens erit ipsi Laszlawski in dictis bonis tali in quavis iure in iuri vi aut quovis modo possessionem pacificam praepedire et adimere sub vadio septuaginta flor. pecun. mon. polonic. Inscriptionem vero ipsam de Actis praesentibus ad acta terrae Premisliensia ad terminum primum Anni trans portare, se successores sup. bonis suis omnibus ingrossandam subjiciendi vadio septuaginta flor. pecun. inscribit et obligat, Pro quibus vadio et vadiis exequendis ac succumbit et succumbendum, quoties se praedictus respondendum cum successoribus eius Laszlawski vel posteris eius citare permiserit, Extunc [illegible] Anne et foro suis privilegio coram praesenti Castri Premisliensis offo. Cui se ad quod sit citabit ex termino ipsorum respe

ctu cum successoribus bonis que suis omnibus proprio ad respondendum subjicit in primo uti peremptorio Citorum termino stabit parebit, ac Iurisdictionis stabilis ibidem in instanti satisfaciet. Nullum terminum ex omnibus praemissorum vera vel simplici infirmitatibus Bellis Colloquiis quibus et particularibus, statutis et Constitutionibus quibuscunque novis vel veteribus laudandis condendis servitiis Militaris, Reipub. et Sacrae Mtis Regiae intra et extra regnum absentia a regno, [illegible] hostium, Aura pestifera, ac legalibus impedimentis quibusvis differendum Ad quietationem, mortificationemque ipsius inscriptionis. Allegationem, et pro maiori dilatione non recipien. Poena trina [illegible] et Iuris pena vadium et vadia non evadendum. Exotionibus Appellationibus earumque prosecutionibus Ac dilationibus quibus universis de iure et consuetudine dari solitis, ullisque et facti omnibus beneficiis serio successoribus suis abrenunciandum sui et successorum suorum sub amissione totius causae, Nulla in praemissis omnibus praesentioni [illegible] obstante

Protestantur Succores olim Castellani Sanocensis contra Magnificum Thesaurarium Regni

In praesentiam offii Castri praesentis debat Generosus Alexius Krassicki de Sieczin Tribunus terrae et Surrogatus Capitanei Premisliensis per sacram Maiestatem Regiam vacante Capitanei post obitum Magnifici Joannis Herburt de Fulstin Castellani Sanocensis Capitanei Premisliensis eiusdem Capitanei possessoris Surrogatus et Deputatus Actorumque Castren. Premisliensium personaliter veniens Generosa Catherina de Dziaduszyce relicta Coniunx olim Magnifici Joannis Herburt de Fulstin Castellani Sanocensis Capitanei Premisliensis, suo et Generosorum Joannis Felicis Sventaii Mosaiensis et [illegible], ac Simonis Gasparis Herburtorum de Fulstin, filiorum et successorum olim praefati Magnifici Joannis Herbort de Fulstin Castellani Sanocensis Capitanei Premisliensis, exposuit coram eodem offo. litteras infrascriptas Papireas, titulo et Sigillo minori sacrae Mtis Regiae munitas et obsignatas, ac manu propria eiusdem sacrae Mtis Regiae subscriptas, praesenti offo. praesenti Castri Premisliensis quas easdem litteras prout in se tenore sonat in Acta Castri Premisliensis inscribendas ingrossari per postulavit offo. praesentis annuendo, Eas litteras absque subscriptione, quae acta Castri Premisliensis inscribenda se obtulit, quarum tenor sequitur verbotenus legitur et est talis. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux

Lituaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiaeque etc. Princeps Transsyluaniae
Significamus tenore praesentium quorum interest universis, Quia rationem habentes me-
ritorum Generosi olim Joannis Herbort de Fulstin Castellani Sanocensis et Premi-
sliensis Capitanei, fidelis nobis dilecti, eam gratiam erga illum, et Generosam Catherinam
Herbortowa de Drohojowo Coniugem et liberos eius exhibendam duximus, uti
exhibemus his literis nostris, ut liberum sit illis, eisque debeat, integros fru-
ctus ac Census et obuentiones universas anni praesentis et aliorum praeteritorum
in universo Capitaneatu Premisliensi exigere, percipere, et in usus necessitatesque
suas convertere; itemque omnia quae frumenta in horreis et allodiis et ubivis
in eo Capitaneatu asservantur, nihil ibi pro nobis et successoribus nostris relinquendum
si conseminationem hiemalem et vernalem pro anno proxime futuro ac
pecora et supellectilem domesticam iuxta inventaria, ex quibus possessionem
Capitaneatus praedictus olim Castellanus Sanocensis acceperat, tum etiam et
quarta parte pro republica laudata. Proinde vobis universis omnibus, praeci-
pue vero Magnifico Hieronimo Bużenski Regni nostri Thesaurario ac eius qui-
buscunque notariis et servitoribus quos commisit vel adhuc miserunt sit
ad notitiam deducimus, mandamusque, Ut praedictam Generosam Coniugem
et successores [illegible] Generosi Joannis Herbort Castellani
Sanocensis in usu et possessione praescripta omnino conservent, conservarique faciant
nec quicquam molestiam et difficultatem contra praemissorum illis exhibe-
ant aut exhiberi quoquomodo permittant, Pro gratia nostra secus non facturi
pro gratia nostra. In cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est subimpressum
Datum Marieburgi die XXIIII Novembris Anno Domini MDLXXVII
Regni nostri Anno Secundo. Stephanus Rex

In instantiis coram officio et actis Castrensibus Premisliensibus supranominata Cathe-
rina a Drohojowo Herbortowa personaliter stans, suo ac suorum Joannis
Felicis et Simonis Gasparis Herbortow de Fulstin filiorum et successorum
olim Magnifici Joannis Herbort de Fulstin Castellani Sanocensis nomine, in praesentia
Nobilis [illegible] Russiae [illegible] Alberti Dorsa de Premislia
et multorum Nobilium ibique existentium [illegible] in [illegible] Magnum Hieronimum
Bużenski Thesaurarium Regni, Succamerarium Cracoviensem, Drohobicensem et [illegible]
[illegible] Capitaneum ac Generosum Nicolaum Lanczinski Notarium Thesauri Regni
per supranominatum Magnificum Hieronimum Bużenski Thesaurarium Regni
[illegible] ad Capitaneatum Premisliensem [illegible] ob decessum Magnifici Joannis Herbort
de Fulstin Castellani Sanocensis Capitanei Premisliensis ablegatum, protestata est
Quia ipsa parata est et parata se offert suo et praefatorum filiorum suo-
rum nomine satisfacere Constitutioni Regni praedicto Nicolao Lanczinski
Notario Thesauri, bonorumque in Capitaneatu Premisliensi morte olim praefati Ma-
gnifici Joannis Herbort Castellani Sanocensis derelictorum inventarios conscribere

et conficere, tum de omnibus et singulis fructibus, proventibus, redditibus omnium
et singulorum bonorum in Capitaneatu praedicto existentium inquirere et cognoscere, Praeterea
omnia bona Mobilia et immobilia in Capitaneatu praedicto existentia vigore eiusmodi con-
stitutionis Regni in administrationem, gubernationem, provisionem et dispositio-
nemque eiusdem Magnifici Hieronimi Bużenski Thesaurarii Regni tradere
ad manusque praefati Nicolai Lanczinski [illegible] et continuam curam om-
nem salvam per ipsum ab eodem Magnifico Thesaurario Regni autentice commonstrat
porrigere, in nullo constitutionibus Regni contravenire, Verumque
praefatus Magnificus Hieronimus Bużenski Thesaurarius Regni in contrarium
Constitutionis Regni Lublini in Anno Domini 1569 factae et laudatae sine scitu
voluntate et mandato Sacrae Maiestatis Regiae eundem Nicolaum Lanczinski Nota-
rium huc ad Capitaneatum praesentem pro inventarioque omnium bonorum conscribendo con-
ficiendo ac de bonis omnibus inquirendo et cognoscendo, eaque in administrationem guber-
nationem, Provisionem et dispositionem ipsius suscipiendo et apprehendendo ablega-
vit, prout id lucidissime apparet, quod nullus [illegible] ea in re à
Sacra Maiestate Regia prout ea Constitutionis Regni sonat, et de more
antiquissimo observatum, ad eandem Catherinam de Drohojowo et filios suc-
cessoresque olim Magnifici Joannis Herbort Castellani Sanocensis Capitanei Pre-
misliensis scriptas attulit. Quinimo ipsa Catherina a Drohojowo literas Sa-
crae Maiestatis Regiae commonstrat, quibus Sacra Maiestas Regia habendo rationem me-
ritorum olim Magnifici Joannis Herbort Castellani Sanocensis Capitanei
Premisliensis, eam gratiam erga ipsam, liberosque eius exhibere digna-
ta est, quod liberum sit ipsi ac filiis eius non solum universis bonis
Mobilibus et immobilibus in Capitaneatu praedicto morte olim mariti ipsius
derelictis, quoad ad novum Capitaneum loci huius Sua Maiestas Regia non
constituerit, potiri, Verum integros fructus Census ac obventiones
universas, omnesque quae frumenta in horreis et allodiis et ubivis in Ca-
pitaneatu asservantur anni proxime elapsi et aliorum praeteritorum
in universo Capitaneatu exigere, percipere, et in usus necessitatesque
suas convertere, nihil pro se successoribusque suis ibique relinquen-
do, Quod in universum, praecipue eidem Magnifico Hieronimo Bużenski The-
saurario Regni ac eius quibusvis Notariis et servitoribus quos eo
miserit ad notitiam deducens, mandavit ut eandem Catherinam ac filios prae-
dictos filios ipsius in usu et possessione praescripta conservent, nec quicquam
molestiam et difficultatem contra praemissorum illis exhibeant, et ex-
hiberi quoquomodo permittant, prout ea omnia literae Sacrae Maiestatis Regiae obe-

ing nise continet, Protestationem solteque officio in contra suprascriptos Nobiles et Nobilem contra eundem Magnificum Thesaurarium Regni ac Suprascriptum Nicolaum Landzinski Notarium et Servitorem ipsius, quod ipse per eundem pensionem suo Sacre Maiestatis Regie ipsi Landzinski commonstratis, eius liberosque eius in usu et possessione bonorum Capitanei praedicti molestias et difficultates exhibent, offerens se liberosque suos in eisdem contra premissorum in foro spirituali mediante experiri. De quo itaque atque etiam eadem Catherina de Brossziorosko et liberorum suorum nominibus contra praefatum Magnificum Thesaurarium Regni, ac supramemoratum Nicolaum Landzinski Notarium Thesaurarii, ipsius servitorem officio praesenti ac Illustris riali Pallatinatus Russie Generali providus Albertus Gorka Nobilibusque multis protunc astantibus solenniter protestata est. Prout praefatus Ministerialis Pallatinatus Russie generalis Albertus Gorka et Nobiles Balthazar Budek et Stanislaus Briskowski coram officio personaliter stantes in vim suae relationis obiiciunt coram faciente et corpore sani existentes publice palam recognoverunt suprascripta omnia in persona sua ita et non aliter peracta fore, eaque audivisse ac sibi per eandem Catharinam de Brossziorosko suo et filiorum suorum nominibus contra Magnificum Thesaurarium Regni ac eundem Nobilem Nicolaum Landzinski Notarium Thesaurarii solenniter ac officio sibi obducta et protestata esse. Quod Memoriali firmatum est.

Tabernator de Jaskmanicze transfundit super Stanislaum Briskowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castri Premisliensis providus Tyjetzko filius et successor legitimus olim providi Iwan Wanisna Tabernatoris in villa Sacrae Maiestatis Regiae Jaskmanicze ad capitaneatum praefatum pertinentis, obmisso imprimis suo proprio foro et iurisdictione competenti renuncians, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se successoresque bonaque sua omnia mobilia et immobilia per eum habita incorporans et subiiciens sanus mente et corpore existens coram [illegible] pulsus nec coactus neque seductus, in vultu et benivole palam et personaliter sum recognovit. Quia ille existens unus ex successoribus olim praefati Iwan Wanisna Tabernatoris, ad quem quantum pro eius interesse pertinet possessio Taberne dicte Golijembia Sacrae Maiestatis Regiae, inter villas Sacrae Maiestatis Regiae Jask

manicze et Pierwaszicze ad capitaneatum praefatum pertinentes, consistentis super eam iure omnino et naturali, quantum pro eius interesse pertinet post patrem decedentem. Interveniente consensu suo et consensione Sacrae Maiestatis Regiae, iureque advitalicio per Sacram itemque Regiam modernum Serenissimum dominum Dominum Stephanum Dei gratia Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. Nobili Stanislao Briskowski servitori olim Magnifici Joannis Herbort de Fulstin Castellani Sanocensis et Capitanei Premisliensis ad [illegible] eandem Tabernam dictam Golimbia de manibus ipsius Tabernatoris [illegible] possessionem [illegible] interesse aliquod ad eandem se habere pretendentis gratiose data et concessa, de eisdem bonis Sacrae Maiestatis Regiae Tabernam dictam Golijembia, Libertatesque ipsius attinentiis et pertinentiis proventibus et emolumentis ex ipsa Taberna modo quocunque provenientibus, possessionemque eorundem bonorum per eundem continuatam [illegible] ibique [illegible] posterisque suis reservando, in ius et possessionem advitaliciatem ipsius Stanislai Briskowski iam exnunc cedit et condescendit, Omneque ius quod [illegible] ad bona praefata Sacrae Maiestatis Regiae Tabernam dictam Golembia dictasque eius pertinentias ab antiquitus ad eandem spectantium competit et competere poterit [illegible], summamque pecuniariam pro [illegible] ipsius pro restauratione reformatione et edificatione et de novo eiusdem Taberne erectione et [illegible] sitam, et in eisdem bonis olim parem eius inscriptam ibi existentem ac super eandem [illegible] est [illegible], in eundem Stanislaum Briskowski eiusque successores transfundit, incorporat et inscribit, Supramemoratumque Stanislaum Briskowski ad decem florenorum [illegible] monete et numeri polonicalis quos de summa originali in eisdem bonis Sacrae Maiestatis Regiae existentem quantum pro eius interesse spectat et pertinet ab eo Briskowski recepit et manualiter levavit, quietat et liberum [illegible] facit perpetuo et in eandem Intromissionem realem et actualem pacificamque possessionem [illegible] iuxta formam morem et consuetudinem in talibus fieri et observari solitam in bona omnia suprascripta vigore praesentis cessionis et condescensionis ac transfusionis Iuris sui eius Stanislao Briskowski dedit et libere admittebat. Quantum hic coram officio et actis praesentibus personaliter stans iam [illegible] volens et benevole dedit et admisit. Et vicissim coram officio et Actis praesentibus personaliter stans supramemoratus Stanislaus Briskowski foro proprio suo et iurisdictioni competenti omisso, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se in toto incorporans libere recognovit Quia [illegible] Regni in premissis [illegible], quantum parte summe supramemorata in eisdem bonis consistentis Sacrae Regiae Maiestati ac Reipublicae [illegible] iuris advitalicii sibi a Sacra Maiestate Regia gratiose concessi condonavit, condonatque praesenti sua recognitione mediante. Quod Memoriali firmatum est.